Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnes Doctores asserunt id priuilegium exemp-
tionis de quo in d. c. cum Capell: Canonicis con-
cessum non esse personale, quale hoc nostrum sed
reale, et expresse ratione loci certi, seu certae
Capellae, prout textus ibi habet, quod hic non est,
sic etiam gloss: intelligit de exempto ratione rei.
Item Innocen: et alij. At Comes noster non est
exemptus ratione rei, ut mox dicetur, sed ratione
dignitatis seu status, idque putamus sufficere pro
responsione. Data enim differentia et dissimi-
litudine potest dissimile jus esse, sed & ratione
videtur Iuuari haec responsio, qui ibi agitur
de puniendis delinquentib:, quod fauorabile est
ut ubique puniatur, et expeditior sit ex~~peditio~~ecutio,
ideo & interpretatio praesertim specialis pri-
uilegij contra talem fauorem non facienda,
concurrenter eo quod ordinarius Iudex
est ibi Episcopus qui de delicto cognoscit, ideo
ei non facile praejudicandum, re~~stringatur nec~~
nec restringendum fauor publicus suadet sed contra potius, nec
ordinario praejudicetur. /.

Quare nec nono obstat, quod dicitur
periculum esse, ne tali casu superiori Domino
ratione bonorum praejudicetur, et quod priui-
legia seu exemptiones non sint interpretanda

547